

Stephanus Galdeti

Evrardus

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
19.08.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Evrardus**

Quod infinitum non possit esse vel fieri, a Carmelita et isto captum est, ideo aliud vade loco huius.

Primus articulus: utrum Deus sit essentialiter infinitus.

5 Suppositiones sunt hee.

Prima, aliqua ratio rerum denominativa dicit perfectionem simpliciter.

Secunda, diminutionibus in quantitate corespondent perfectiones in entitate vel in essentia.

10 Tertia, una sola ratio perfectionalis non sufficit ad integritatem universi.

Quarta, rationes perfectionales sunt essentialiter ordinate.

Quinta, perfectiones priores sunt separabiles realiter a posterioribus.

Sexta, nulla perfectio stat in indivisibile.

15 Septima, cuilibet perfectioni corespondet linea propria et distincta.

Octava, cuiuslibet perfectionis linea est infinita. Corollarium: mundus sensibilis non totaliter explicat mundum intelligibilem.

Nona, quolibet perfectionis linea fundat aliam.

20 Decima, nec omnis gradus perfectionis priorum potest fundare perfectionem posteriorem, nec etiam omnis gradus priorum potest stare cum privatione posteriorum.

11, omne perfectius communis perfectionis maiorem lineam participat.

12, diversitas specierum non infert diversitatem perfectionum.

25 13, linea perfectionis prioris cum privatione posteriorum genus constituit.

14, omne genus huius deorsum terminatur vel per minimum sui gradus vel per maximum sui non gradus. Sursum econtra vel per maximum sui gradus vel per minimum sui || non gradus.

P2 30v

3 huius] accepisti de hiis 2 15 24 et prima conclusio tertia quarta *add. in marg. sup. P1* ; vide ne sit coincidentia inter † et responsionem de secunda et septima et de octava *add. in marg. P1* (in nota **3** huius]) 2] 14 *add. sed del. P1* **6** prima] prima suppositio *add. in marg. P1* **8** secunda] *iter. in marg. P1* **10** tertia] *iter. in marg. P1* **12** quarta] *iter. in marg. P1* **13** quinta] *iter. in marg. P1* **14** sexta] *iter. in marg. P1* indivisibile] Robertus sextam et septimam 12 *add. in marg. P1* indivisibile] indivisibili P2 **15** septima] *iter. in marg. P1* **16** octava] *iter. in marg. P1* corollarium] *iter. in marg. P1* **18** nona] *iter. in marg. P1* **19** decima] *iter. in marg. P1* **22** 11] *iter. in marg. P1* perfectius] consequens *add. sed del. P1* **24** 12] *iter. in marg. P1* **25** 13] *iter. in marg. P1* **27** 14] *iter. in marg. P1*

15, proportiones et figure perfectionum multiplicant species rerum.

16, nulla species stat in gradu indivisibili.

17, licet in qualibet specie sint gradus infiniti, tamen quantumcumque modicus excessus potest variare speciem.

5 18, nulla species ex unica sola perfectione consistit.

19, nulla species est nec potest esse infinita.

20, nullum infinitum est nec potest esse in specie.

21, nullius speciei latitudo est infinita, licet cuiuslibet finite latitudo sit infinita.

10 22, omnes species eiusdem generis ad invicem proportionantur.

23, infinite sunt perfectiones rebus communicabiles.

24, tam linea quam numerus perfectionum essentialium in eundem punctum et unitatem unitive concurrunt.

Iste sunt 24 suppositiones.

15 Conclusiones subsecuuntur vel subinferuntur.

Prima: tota latitudo perfectionum tam secundum lineam quam secundum numerum in aliquod unum concurrit actualiter.

Corollarium: unus est fons staturitivus omnium perfectionum.

Secunda: Deus est ens omnium entium perfectissimum.

20 Tertia: Deus est numerus infinitus minor omni numero.

Quarta: Deus est magnitudo infinita minor omni magnitudine.

Iste sunt conclusiones primi articuli.

Secundus articulus de habitudine temporis ad eternitatem.

Suppositiones

25 Secundus articulus.

Prima suppositio: tempus est quoddam figmentum anime.

Secunda: omnis nostra apprehensio est in tempore.

1 15] *iter. in marg. P1* 2 16] *iter. in marg. P1* 3 17] *iter. in marg. P1*
5 18] *iter. in marg. P1* 6 19] *iter. in marg. P1* 7 20] *iter. in marg. P1*
8 21] *iter. in marg. P1* 9 sit infinita] minor horum duas recipit
add. in marg. P1 10 22] *iter. in marg. P1* 11 23] *iter. in marg. P1*
12 24] *iter. in marg. P1* 15 subinferuntur] conclusiones add. sed del. P1
16 prima] prima conclusio add. in marg. P1 18 corollarium] b sancti Bernardi
capit corollarium add. in marg. P1 23 eternitatem] prima add. sed del. P2 ;
sunt add. P2 25 secundus articulus] om. P2 26 prima suppositio] *iter. in marg. P1*

Tertia: omnis nostra propositio consignificat tempus.

Quarta: habitudo simultatis et coexistentie est ratio formalis enuntiationis de presenti.

5 Quinta: habitudo distantie transeuntis a nunc apprehensionis in prius est ratio formalis enuntians de preterito.

Sexta: habitudo distantie in posterius est formalis ratio enuntiationis de futuro.

Septima: apprehensio divina segregata et depurata est ab omni tempore.

10 Octava: nulla propositio mentis divine consignificat tempus.

Nona: una et eadem propositio mentis divine est significativa veritatis apud nos triplici propositione representate, scilicet de preterito, presenti et futuro.

15 Decima: propositioni mentis divine in sua puritate nulla propositio ipsius pure representativa correspondere potest in mente nostra. Hec de suppositionibus.

|| Conclusiones

P2 31r

Prima: nichil temporis nec aliquid eorum que sunt in tempore est presens eternitati.

20 Secunda: presentia et distantia non sunt predicata immediata respectu quorumlibet.

Tertia: nichil temporis nec aliquid eorum que sunt in tempore distat ab eternitate.

25 Quarta: licet iste 'Deus est hodie', 'Deus fuit heri', 'Deus erit cras' sint vere ad intellectum loquentium, tamen de proprietate sermonis non magis videntur vere quam iste 'Deus est leo', 'Deus est capra'.

Quinta: propositiones de preterito vel futuro respectu Dei sunt magis improprie quam propositiones de presenti.

|| Tertius articulus: an Deus moveatur

P1 14v

30 Prima conclusio: motus connotat aliqua importantia imperfectionum.
Secunda: in diffinitione motus aliquid ponitur sicut materiale, aliquid

1 consignificat | significat P2 5 enuntians | enuntiationis P2 8 est | *sup.*
lin. P1 10 consignificat | consignificata P1 12 triplici | *ratione add. sed del.*
P2 15 nostra | *minor add. in marg. P1* 17 conclusiones | *suppositiones a.*
c. P2 18 temporis | *a add. sed del. P2* 30 prima | *p. c. P1 ; tertia a. c. P1*

sicut formale.

Tertia: formale rei complet essentiam rei.

Quarta: omnis passiva conservatio rei producte est motus.

Quinta: omnis vitalis operatio est motus.

5 Sexta: omnis motus naturalis acquisitivus est inseparabilis ab imperfectionibus motum consequentibus.

Septima: motus naturalis conservativus caret huiusmodi imperfectionibus.

10 Octava: motus vitalis, acquisitivus, vel inhyativus, licet separari possit a mutatione et successione, non tamen a potentia.

Nona: motus animalis consecutivus huius vitalis necessario coniungitur omnis istis tribus.

Decima: omnis huiusmodi vitalis et etiam animalis eius consecutivus ac etiam naturalis acquisitivus de sui natura est terminabilis.

15 11: motus vitalis salvativus, inhesivus seu comprehensivus separabilis est ab omnibus istis tribus conditionibus.

12: motus animalis huius consecutivus, licet possit esse sine mutatione successive totius, non tamen partium.

20 13: huius motus tam vitalis quam animalis de sui natura est interminabilis. Hec de suppositionibus. Secuuntur corollaria.

Corollaria

Primum: non omnis motus est mutatio.

Secundum: non omnis motus est successio.

Tertia: non omnis motus est actus entis in potentia.

25 Quarta: non omnis motus includit imperfectionem.

Quinta: aliquis motus includit perfectionem sine imperfectione.

Conclusiones subinferuntur

Prima conclusio: impossibile est Deum moveri aliquo motu acquisitivo vel inhyativo naturali, vitali, seu etiam animali.

30 Secunda: necesse est Deum motu vitali salvativo moveri.

9 acquisitivus] acquisitivus P2 inhyativus] inhyativus P2 possit] a
 mutatione add. sed del. P1 11 consecutivus] consecutivus P2 16 tribus]
 imperfectionibus add. sed del. P1 20 interminabilis] terminabilis P2
 21 corollaria] iter. in marg. P1 ; om. P2 24 tertia] tertium P2 25 quarta]
 quartum P2

Tertia: motus Dei non dicit in Deo compositum.

Quarta: Deus a se solo movetur.

Quinta: motus Dei est infinitus et immutabilis.

Corollaria

5 Corollarium primum: motus Dei non est || mutatio.

P2 31v

Secundum: quam impossibile est Deum mutari tam necesse est Deum moveri.

Ultima conclusio: motus Dei, licet sit a se solo, tamen est ad omnia.
Hec de illo principio.